

Io. Salmonii

Macrini Lodunatis Elegia de Christi super
benedicti assertoris nostri morte.

Item virginis intemeratę Hymni aliquot diligētius
recogniti.



Impressa iterū in Gormontii Chalcographia
Ad Calendas Martias Anno sequimillesimo
xv^o.

Vielmi Marlij Laurētini carmē ad pium
et candidum lectorem.
Quicanit Hesionem Atlantiadēq; Calypso
Erroresq; ithaci: quid nisi ficta canit?
Adde his Andromeden et athena i turre puellā:
Seruatamq; hecates iphygenian ope.
Hæc sunt graiugenum figmēta poetica vatū
Ingenijs flocci vix facienda pijs.
Aeternio fatius Christi monumenta referre
Cui terra & cœlum seruit & omne mare.
In cruce vti factus pro nostris victima noxis
Expunxit primi flebile patris onus.
Indecoruscantem scandans rediuius olympū.
Cum summo æthereaspatre gubernat opes.
Hæc sunt digna viris quos abluit vnda lauacri
Et voluenda hilari tempus in omne manu.

Antonij Heroici Malingrij hexasticon.
Isthæc hymnographi pludia parua Macrini
Musteolo Christum pectine rite canunt.
Vt cui cunctarum debetur gloria rerum.
Quo sine succedit pficitur ue nihil.
Spernere iure pōt scopulos Macrin⁹ & vndas
Cuius habet Christum cymba minuta ducē.

¶ Ioannis Crocij Viuiani Carmen.
Sint licet hæc tenui perarata poemata vena:
Atq; elego coi pumice terfa senis.
Alto digna tamen declarant fata cothurno.
Grandiloquū Sophoclē q̄ decuisse queant.
Nil tragicū magis est nil morte imanius illa
Propopulo quam fers Christe beate tuo.
Sed quoniam asciscit tristes elegia querelas:
Et miseros fletus: indeq; nomen habet.
Authori placuit claudio procedere mensu.
Rebus vti querulis carne n inesset idem.

Clo. Salmonij Macrini Lodunatis de Christi
super benedicti seruatoris nostri morte Elegia
Ad Antonium Boherum Turonicum.



Eliras hominū mētes: experti a veri
Cordadei & multis obtenebrata
malis:

Hęc cūne viuēdi lex est: hęc semita
que nos

Felices superani ducar ad usq; domum:

Mœsta salutiferi nunc instant funera Christi

Non nisi cum lachrymīs excipiēda pijs.

Attamen hic pharetra: lunato instructus & arcu.

Ducit odorisequos per iuga summa canes.

Hic geniale sonans cantus effundit amœnos:

Lusitat et teneris inuigilat choreis.

Hic calami strato tumet auratoq; capillo:

Ac tegit ostrina putrida membra toga.

Alter hebet lultris cœcoq; cupidī ne mersus

| Cantat amasiolę pessima quęq; suę.

Sunt qui prętereunt vetito sacra tempora ludo

Quosq; iuuat multo dimaduissē mero.

Consuetas alij nugas et scōmata iactant

Tempora cum querulīs sint magis apta sonis.

Plurima in attalico matrona incedit amictu
Nec quit ab optata demere munditia.
Hæc sibi ciliū linīt: hæc stacte illita fragrat:
Et cerussatas prodit inuncta genas.
Huīus marmoreo pendet murenula collo:
Cernitur huic coo nuda mamilla sinu.
Rubra hæc fasciola: fuluoq; interligat auro
Germanaq; lauat dexteritate comā.
Deficiet me lux si prosequar: omnia quæ nunc
Regnant effusos crimina p populos.
Quid faciet xanthi: & septemPLICIS accola Nili:
Pactoli aurifera quicq; opulescit aqua:
Cum populus domini lustratus stigmatē Christi
Non dubitet phrygiā viuere nequitia.
Et Sybaris sequier luxus: madidicq; Tarenti:
Sardanapaliacis & cubitare thoris.
Ah saltem differte nephas dum mœsta propinquant
Tempora iudeꝝ conscia scuitic.
Flete omnes. pugnīs lacerate & plangite pectus:
Impleat & tristes lachryma multa sinus.
Impexam nutrite comā: promitrite barbam:
Corpora sint nigro palliolata sago.
Clarifona nobis fas singultire querela
Et cinere immundo spargere caesariem.

Vnica nam summi Christus sapientia patris:

Quem genitrix partu non temerata tulit.

Aspera idumęę tulit: heu ludibria gentis

Probraq; concordę vix habitura fidem.

Aerinas post multiugas: duosq; labores:

Atq; iuculpatę dogmata militię.

Factaq; in hebreis noua post miracula terris:

Et blando accitos fame discipulos.

Scilicet in fonti sunt hæc data præmia vitę:

Et cecidit populo cęsus ab ipse suo.

Cedere debueras illum gens perfida, qui te

Deserto ambrosijs nutrit ante fauis:

Qui prius illimos fontes donarat aquarum:

Strauerat hostiles & tibi sæpe manus:

Qui tibi purpureum siccescere fecerat æquor

Merferat audaces & Pharaonis equos:

Debuit hoc saltem te gens insana mouere

Inuentus quod non vllus in ore dolus.

Fudit vbi nardum pia Magdalena fluentem

Et Christi assyrio sparsit odore caput.

Indoluit iudas: tacitaq; efferbuit ira

Assueti reputans damna latrocinijs.

Lucris sacra fames iratum attraxit: & ipse

Principibus dulcem vendere adegit herum.

Venditor infelix: qua motus erynne dedisti
Contentus paucis tanta nominatibus:
Nescisti qualem vendebas improbe mercē
Atq; ideo emptores imposuere tibi.
Cur voto exponis populis vel emacibus illum.
Taxasti modica cur ve pecuniola:
Quem nequit astriferi spaciū comprehendere cœli
Nec sementiferi machina tota soli.
Quem tremis ira iouis stygijs tenebręq; chaosq;
Qui iacit ardenti tela trifida manu.
En qui te potuit vel solo perdere nutu:
Venalis famula sustinet esse fide.
Nec tamen agnoscis sancti bene facta magistri:
Dulcia nec flauo pectora melle magis.
Est sacer et multo vestitus gramine cliuus:
Attica cui clarum nomen oliua dedit.
Illuc a cœna fati non nescius iuit
Vt solitas sancto funderet ore preces.
Obstipato capite & curuato poplite terram
Respiciens/ patri triste ter ingemuit.
Ora cruorifluis rorabant flammea guttis:
Et turbata graui mens in agone fuit.
Nocte sub illuni tenebris claudentibus orbem
Prodiit in regem plebs galeata suū.

Agmina deducit Iudas: laterna malignā
Plurima suffuso mitigat igne viam.
Obuius exiuit Christus: nodanda capistris
Colla dedit: geminas funiculisq; manus.
Sydeream obtundunt faciem: plagisq; cruentant:
Nodosis onerant tergaq; stipitibus.
Cæsariem trahit hic duro alter vulnere malam
Foedat: et immundo polluit ora luto.
Qualis vbi aerio tractu volat idalis ales
Auxia qui nidos educet inuolucres:
Accipitres pauidam si conspexere: repente
Præda fit & cæsim dilacerata cadit.
Impete turbati comites tantoq; tumultu
Prepropera Crisum deseruere fuga,
Vnicus hunc iuuenis sequitur qui deniq; captus
Exuta pernix syndone terga dedit.
Pontificis soter mox sistitur ante tribunal
Passurus solymę iurgia spurcitę.
Tunc deus rogat antistes quem carmina vatum
Quem veteres patrum præcinuere chori:
Vaticinus plectro quem rex promissit eburno.
Præfaga enucleans abdita fata lyra:
Pelle animis scrupum: nec nos suspende tacendo
Talía cui blando famine Christus ait.

Ille ego sum Caïpha patrio qui lapsus o'lympos
Vt traherem vestros a phlegæthonte patres.
Sed nec credentur prius aut mea regna patebunt:
Vos peragam supera q̃ regionere eos;
Percitus antistes tum vociferatur acerbum
Et secat insana lina togamq; manu.
Quid torpemus adhuc dubiaq; ambage tenemur
Aethereum sese sustinet esse deum.
Horrendum o'facinus nulloq; piabile letho:
O probra iudeo non patienda viro.
Num meruit centum totidem si funera posset;
Supplicium aut si quod crudius esse potest:
Assensere viri & mox euinxere silentem:
Inq; sacrosanctum dissiliere caput.
Vt lassata phalanx crebris assultibus: illum
Turpis aqualiculi constituere cauo.
Donec puniceo collustrans lumine mundum
Phœbus ab eo surgeret oceano.
Tum lacerum plagis summa ad prætoría trudent,
Coenosa & preñso per sola crine trahunt.
Pœnituit iudam: præciumq; abiecit: at inde
Exitium infœlix spes procul acta dedit.
Infamē aptavit laqueum ceruicibus: illi
Viscera funestis concrepuere modis.

Accusant procures Christum quod pectora vulgi

Subuertat solymum quod petat imperium

Quodq; vetet magnę dare vestigalia Romę

Cæsaream et nullo ducat honore domum.

Sydonios(añt) per agros galilęaq; rura

Impleuit magicis cuncta veneficijs.

Gramine tum tacito/vafro tum dęmonis astu

Tumq; citeino carmine mira facit

Perfidiam procerum iudex odiumq; sciebat

Atq; intestinis pectora plena dolis.

Quocirca cupiens insontem exoluere regem

Misit ad Herodem quod galilęuserat.

Fit cotemptibilis necnon illuditur illic

Et tegitur niuea membra beatatoga.

Congrua sunt sancto data vestimenta pudori:

Apta q; candidulis moribus illa chlamys.

Spe quidę obnixus Christum defendere ptes.

Ac patrocinió protegere ipse suo.

Pro domino cęli petitur sicarius instant:

Insontis procures fata cruenta rogāt.

Nuda tacens crassę vincitur membra columnę

Cędenda impuro membra satellitio.

Hamatis feriunt (proh) terga tenerrima loris.
Inq; vicem cedunt dilaniantq; cutē.
Virgineum obruitur corpus plagisq; fatiscit:
Sanguis influxu tota rubescit humus.
Fessi carnifices trabea sydonide Christum
Conuelant: tremulamq; ornat arundo manū.
Vulnificę pressis spine sedere capillis:
Fluxit & innocuus sancta per ora cruor.
O toties clara radiorum umbrata corona
Cæsaries alto suspicienda throno:
O caput optandum terris: venerabile coelis:
Diuitię mundi: delicięq; poli:
Siccine tractaris plausuq; extolleris isto:
Expositum indignis proh caput opprobriis:
Nec satis inuidię solymorum iręq; litatum:
Nulla licet tenera pars cute sana foret.
Quoq; magis premitur Christus: tanto magis instant
Et voce vnanimi funera dura petunt.
Confuso tandem turbatus murmure preces:
Accepta palmas mundificauit aqua.
Stultus qui tantum modicę roramine lymphę
Crederet extemplo posse perire nephas.
Non si carpathias dederint Nereides vndas

Ac totum Nereus fuderit oceanum.

Ite ad insigne caluarum nomine cliuū:

Insanamq; geris Christe beate crucem.

Hec prius arcana signarat fata figura:

Patri ligna ferens in iuga summa puer.

Hic inter geminos procero in stipite fures:

Et procul a summo tollitur ecce solo.

Festinate pie gentes: spectate ferentem

Quina palestina vulnera fossa manu.

Brachia fatifero terebrata inuisite ferro:

Traiectos cuneo suspicitote pedes.

Et sacrum latus immani quod vulnere foffum

Sanguine stillantem diluuiam uitam.

Quis lamenta mihi largosq; Simonidis imbres

Quis dabit eternum collachrymare genas?

Quis dabit indignum testantia verba dolorem?

Et quæcūq; cupit mens gemebunda loqui?

Et quæ maior erit lacrymarum occasio: quādo

Iustius in populos mota querela truces?

Huc elegi tristes: lacere huc properate camœne:

Materiam vobis poena dat ista grauem.

Huc pullis atrata sagis huc Nænia tendat:

Cupresso explicitas impediēte comas.

Vndarum riuos oculi demittite: ploret

Omnis ni rigido marmora corde gerat.

Virgine cum vidua moestas licet edere voces

Certatim et querulos continuare sonos.

Heheu q̃ magno stringuntur corda dolore:

Q̃ trucibus gladijs virgo syonis hiat:

Cum videt ille si dulcissima pondera ventris.

Fata pati summo dedecorosa iugo:

Omnipotens nona decedens spiritus hora

Tartareꝝ subiit limina fusca domus.

Et veteres miseratus auos es sedibus orci

Transtulit in roseꝝ leta vireta plage.

Tertia surgebat croceis aurora capillis

E tumulo victor prodijt ille leo.

Rerum Christe parens noxꝝq; assertor auiteꝝ

Isthaec dona tui tantula vatis habe.

Daq; salutari vitam traducere cursu:

Hac in pellaci dum peregrinor humo.

Sydereo tandem feliciter orbe fruisçi

Et vultus illic vsq; videre tuos.

Finis.

¶ Eiusdem Io. Salmonij Macrini somnium si-
ue apparitio ad Antonium Boherum
Turonium.

Segnior arctoo Nonacris adultera coelo
Astriferis ibat conspicienda rotis.
Et lucem cornu phoebe vibrabat utroq;
Endymioneos qualis itura thoros.
Fessaq; carpebant nocturnam membra quietem.
Exul & a nullo li mine somnus erat.
Me quoq; contractum me lectule nocte tenebas.
Serpebatq; altus dura per ossa sopor.
Ecce repentino tactum fulgore lacunar
Prima dedit magnę nuntia signa deę.
Mox stipatrices thalamum intrauere choreę
Et locus ambrosio plenus odore fuit.
Non deerant crotali/non persona sistræ/lyręq;
Non super humanum vox modulata melos.
Obstupui voluiq; loqui sed lusit hiantem
Somnus et in primis faucibus hęsit iners.
Qualis vbi occurrit pauido lupa raua bubulco
Elinguis frustra nititur ille loqui.
Qualis et horrifico percussus fulminis ictu
Cui nimio victus sermo pauore fugit.

Tum ingressa est dea stellati dea sancta theatri
Compta comam' strophio futilibusq; rosis.
Compositi errabant niuea ceruice capilli
Quos clarus media fronte momordit onyx
Cinxerunt tenerum baccata monilia collum:
Et texit nitidos instita longa pedes.
Instita pomiferis flexim sinuata figuris
Alba notat castam fimbria/ poma graue.
Et color in vultu qualis solet esse corusci
Solis ab eoa progredientis aqua.
Conticuere chori Regina silentia rupit
Hybleus roseo fluxit ab ore fauul.
Cum sophie torrens nullo mercabilis auro
Fontis ab eterni coelitus amne fluat.
Atq; humana trahant hinc sacros pectora sensus
Sitq; in confesso non aliunde dari.
Agnoscat rarus per quem profecerit author
Delphorum & tetricis imputat omne iugis.
A Cyntho clarum: Nisq; de vertice bacchum
Aduocat: & fonteis numen habere putat.
Nū satius casta natum celebrare camœna?
Mirificūq; mee virginitalis opus?
Hinc fiet nobis accessio nulla. lyreq;

Nequicquam indigeo: sed tamen illa iuuat.
Gratum est coelicolis votiuas sumeretedas
Atq; hominum iusta relligione coli.
Gratum etiam meritos anni vertentis honores
Affusq; piam plebis habere fidem.
Nec tamen his crescit superiorum gloria sacris:
Quãdoquidem augeri diminuiue nequit.
Quare post habitis nugis Macrine labora
Scribere quod nato quod placeatq; mihi.
Maxima reddentur vigilatis prẽmia iusis
Nec sterilis positum semen arena teget.
Aggredere audentem confestim nostra iuuabunt
Non aganippe o iura minora choro.
Nec tibi defuerit quodcũq; infundere fallo
Creditor acteis culta Minerua focis.
Nec quodcũq; helicon & fons pedefactus equino
Etcum fatiloquo Cyrrha prophana specu.
Meduce carbais committas lintea ventis:
Et quãuis modicam solue Macrine rare.
Haud cursum impediunt scopulosa ceraunia: quẽq;
Eiicit eiectas Scylla reforbet aquas.
Tuta coronata continget littora prora:
Cedet & infani victa procella freti.

Finierat tenuel mox est sublimis in auras
Rapta: viam domine turba secuta suę.
Quicquid arabs syluisq; legit felici busindus.
Spirat et arcano suffit odore larem.
Protinus euigilo viso stupefactus ab ipso.
Nescio quid letum mens tamen ima fouet.
Tum sensi fauisse deam viresq; dedisse
Pectora quod solito viuiciora forent
Prosternor Mariamq; voco Mariamq; saluto
Iniunctum illa fauens rite secundet opus.
O cantanda nouis virgo dulcissima plectris
O felix studiij portus & aura mei:
Tu ne meos presens dignata subire penates:
Tu ne sacra famulum voce monere tuum:
Sordibus insignem famulum noxiseq; sepultum:
Sed qui te vitam presidiumq; vocet.
Cur parere negem? tuus o Regina quod optas
Explorare labor:phas mihi iussa sequi.
Tu mihi quodcunq; hoc oci tu plectra chelymq;
Concilias tu das vatis habere decus.
Per te laurigeris frondent mea tempora vittis
Vectaq; candidulis musa triumphat equis.

Per te heliconiadum pimpleo scribor in albo:

Acceptum refero quod legor ipse tibi.

Hæc fatus coī relegens vestigia vatis:

Exegi domine carmina pauca meæ.

De virginis Marię puerperio

Hymnus Secundus.

Incipit ab excelso Gabriel paranymph' olympo



Virginis augustę testā pudica subit.

Illā recensēbat veterum tū carmina vatū:

Carmina virgineum vaticinata decus.

Per titulos errans dotēq; ignara fuguras:

Voluebat fati nuntia scripta sui.

Concipiet virgo nullo sed semine natum:

Qui miserum fusco vindicet orbe genus.

O me felicem (dixit) quantū ipsa putem: si

Virginis iulius parua ministra fore.

Siliceat spectare: & vestis tangere limbum:

Oscula vel tacto ferre iupina pedi.

Hæc quando secum demurmurat aurea virgo:

Et sibi seruatas emeditatur opes.

Ocyor ingreditur plumis stellantibus ausper:

Iussaq; supreni promit amica dei.

Obstipuit primo aspectu turbata puella:

Horruit & pauido mens agitata metu.

ci

Deinde ubi composuit sese: agnouitq; tonantis

Iussa dedit famulas protinus illa manus.

Ecce ancilla dei roseo cito protulit ore:

Cur ego non tanto morigerarer hero:

Quippe deo parere: minuscula serua vocari:

Diuitiæq; meæ deliciaeq; meæ.

Dixerat: intumuit sacro spiramine venter:

Virginis & matris gloria iuncta fuit.

Intulerat nonum lampas phœbeia mensem:

Atq; puerperii iam prope tempus erat.

Spirum innumere cœlo venere phalanges:

Cœlestesq; habuit tū casa curta choros.

Ille ille humanis mox nascitur aureus infans:

Aureus humanis nascitur ille puer.

Iam videor niueasq; manus. atq; ora videre

Membraq; frigidulo semiretecta solo.

Ecce suum agnoscunt animalia bruta parentem:

Succiduo nec non procubere genu.

Ah vagit puer inclytus: exere virgo papillas:

Plena parens offert vbera: fuge puer

Sugit & arridet glaucis tibi mater ocellis:

Lacteolas defert in tuaq; ora manus.

Pastorum vt choreas intentis spectat ocellis:

Vt recipit cupido rustica dona sinu:

Vt longiorum contractat munera regum:

Et letus matri donat habere suæ:

Principibus gratari atq; exultare puellum

Et memorem tanti muneris esse putes.

O quantum populis illa indole spondet olympus:

O q̄ diues erit qui modo pauper erat.

Ad nova præpropere spectacula currite gentes:

Quas sibi suppositas phœbus vterq; videt.

Currite: quâdoquidem tener in præsepibus infans

Cuncta tenens celsa sub ditione: iacet.

Vnanimes illum sincera mente precemur:

Det veniam noxis: det meliora sequi.

Dum puer & facilis modica re flectitur eia:

Contendat castas fundere quisq; preces.

Hymnus Tertius.

Qui prius auratis pauidam Nepheleida villis

Detulerat: vernos solis habebat equos.

Ceperat & blando strepitu tinnire volucrum

Garrula ramosis turba sub ilicibus.

Et ver purpureum zephyros induxerat orbi

Florebantq; nouis pascua graminiibus.

Cum celer elabens stellanti nuntius aula

Intrat honoratos virginitate lares.

Et castam placida Mariam sic voce salutat:
Mater aue summi grata futura dei.
Concipies/ Christūq; feres: sed ventre pudico:
Namq; simul virgo foetaq; mater eris.
En cognata marem canis con cepit in anis
Et coeli auxilio curua grauescit anus.
Sic sacer arcano infundens te spiritus imbrī
Implebit ventris claustra pudica tui.
Credidit his virgo: & mihi sic ore profata est
Ecce ancilla poli sint rata dicta precor.
Protinus æthereo tumuerunt viscera fluxu:
Cœlestiq; fuit plena puella deo.
Hymnus Quartus.



Irigo panōphæi genitrix simul alma tonātis:
Hæc duo conueniunt nomīa quippetibi.
Huc ades & nra vise hæc pede sacra secundo
Quæ facit ante tuos foemina virq; focos.
Labere nympha polo thyasīs comitata supernis
Et propius nostras respice quæso preces.
Protegīs humanos iugī patrona fauore
Et sine te nobis non licet esse diu.
Nāq; infirma caro et versutia demonis vrgent:
Ac mundus blandis subdolus illiciis.
Sic cum nautaratem tumefactis deserit vndis:
Illa procelloso fluctuat vsq; noto.

Sed tu accincta soles mortalibus esse fouendis:

Et tua non certas sospitat aura vias.

Materno affectu miserum solaris & expem:

Teq; datur fessis auxiliante quies.

Diua tui nūq̃ est expers lux vlla fauoris:

Dum populum terra protegis atq; mari.

Das inopi dextram nullumq; vocata relinquis:

Iusta modo extiterint vota rogantis opē.

Te chaos obscurum trepidat: tibi militat omnis

Terra: minor solo cœlica in arce deo.

Per castum te igitur diuum regina pudorem:

Gaudia synceri perq; puerperii.

Exaudi quas tota preces tibi Gallia fundit:

Annueq; ambrosio læta supercilio.

Bellorum caussas: martisq; auerte furorem:

Compone & reges christicolasq; duces.

Fœdera percutiant teq; adiutrice duellum

Contra arabas fidei castra inimica gerant.

Scilicet hoc satius q̃ inter se bella mouere:

Inq; vicem diras vsq; fouere neces.

Præterea francis pestem detrudito ab oris

Atq; suos fructus terra benigna ferat.

Id rex: id populus cœli regina precatur:

Fac superam mundus sentiat eger opē.

Hoc dea si fiet celebres curremus ad aras
Quotidie & laudes vir mulierque canet.
Acceptam & referens tibi te fautori e salutem.
Pierio grates carmine persoluet.

Hymnus Quintus.

Aurea parthenice: coeli regina corusci:
Cui non vlla dies sit genitura parem.
Aethera ne assiduus vltra pertunde querelis
Nefle/ne roseas sparge madore genas.
Iam tua ludifono turgescunt lumina fletu:
Amisitque suum frons prius alba iubar
Queque prius niuisbus facies candore preibat:
Iam nimia rugas anxietate trahit.
Attamen in tantis sunt ora decencia curis:
Turpari gemitu nec potuere graui.
Nunc nunc pone modum dea sancta doloribus: atque
Priscum. suscipiant ora serena decus.
Exue lugubres habitus: noua gaudia sunt o:
Felicemque notet lactea gemma diem.
Nam qui terribilem sub iniquo iudice mortem:
Qui tulerat pressa spinea ferta coma.
Infracto surgit viuens hac luce sepulchro:
Deque triumphato demone victor ouat.

Hymnus Sextus.

Hæc cum pieriis clarescant secula chartis:

Induat & priscam lingua latina iubar.

Cum sint eximii nulla non vrbe poetæ:

Qui fide sinyrnea dulce poema canant.

Illorum nugas tamen & deliria miror:

Quæ non sanarint quattuor Anticyræ.

Quippe hic cœlitibus spretis figmenta renarrat

Dorica: & euerfas Laomedontis opes.

Bellonæq; truces iras: Marteq; frementem:

Et quodcūq; nephas impius ensis agit.

Ille canit stellas necnon præfagia cœli:

Fuderit & si quas imbricus auster aquas.

Quidferus Orion gemini minitentur et hœdi:

Arcturusq; minax Icarusq; canis.

Nec deest qui teneros numeris componat amores

Proh dolor & domine iurgia dura sue.

Flauicomos crines/petum qui laudet ocellum

Atq; coloratis labra decora genis.

Ille supercilium celebrat vescalq; papillas:

Alter eburneolas flexibilesq; manus.

Menta lacunata: et vacuos rubigine dentes.

Collaq; riphæa candidiora niue.

Quam melius si quem sententia digna moretur
Si studium vero seruiat omne deo.
Sic bonus argutis lusit Baptista canoënis
Carmelitani gloria rara chori.
Sic etiam dulcis siculo Iouianus in antro:
Siceriam Strosii filius atq; pater.
Et gracilis Bigus: venetaq; Sabellicus vrbe:
In Marię laudes nobile scripsit opus.
Scripsit opus gratum superis: gratumq; tonanti:
Frangere quod senium: nec iouis ira qat.
Mecum etiam letus Marię preconia cantes
Antoni & casti festa hymenęa thori.
Virginis eia agetum mecum implorato fauorē:
Antoni: & Mariam curua theatra sonent.
Illa secundabit cursus: zephyrosq; secundos
Suggeret: hostiles subiicietq; manus.
Illa dabit pacem: populos custodiet omneis
Scuta clientelę qui petiere suę.

Finis.

Ad lectorem.

Folio primo vbi ipsum est sequimillesimo reponne sesquimillesimo.
in eodē vbi hessionem reponne hessionem. Item vbi scādās
reponne scandens. folio quarto vatici us reponne vaticinus et si
quę sunt hñoi benigne castigabis Vale.